M I M

1 6 4 8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574497-p0001-8

~~E. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensi

DEO AUTORE & PRONUBO
TER MAXIMO:

# *COROLLA NUPTIALIS MYRTEA*

QVAM
*Viro Clariſſimo*
DN:

# M. ADAMO SPENGLERO, GYMNA-
ſij Berolinenſ: Rectori,
SPONSO,
&
*Pientiſsimæ Lectiſsimæq;*
*Virgini*

# ANNÆ,

*Reverendi & Clariſsimi Dn:*
M. JOACHIMI MAURITII, Eccleſ: Span-
dovienſis Paſtoris, Vicinarumq; Inſpe-
ctoris vigilantisſimi Filiæ perdilectæ
SPONSÆ,
*Ipſis ſolennibis Nuptiarum d. 6. Novemb:*
*imponunt*
Fautores, Collegæ & Amici.

BEROLINI, Typis Rungianis, 1642.

## VOTUM PRO SPONSIS,
*ex Tob: 7. v. 15.*

QVod voto Raguel genero gnatæq; vovebat:
Hocce novo, voveo cum pietate thoro.
Abrahami Deus, Iſaaci Deus atq; Jacobi
Ipſe Deus Sponſis præſtò ſit usq; novis.
Iſte pio jungat; conjungat amore fideles
Hos animos: Conſtans ſit maneatq; fides.
Iſte novis vero benedicat munere nuptis:
Cujus agent fauſti munere perpetuum.
Et ſic natorum natos in pace videbunt.
Atq, Dei Natum in æthere, qvod voveo.

*M. Samuelis Hofmanni, Sereniſſ: ac Potentiſſ: Elect: Brand: Conſiſtorij Aſſeſſoris, Eccleſiar: Berolinenſ. Præpoſiti & vicinar: Superintendentis.*

Votum γαμικὸν.

G*Ratulor ex animo, Rector* SPENGLERE, *Magiſter!*
*Sis Sponſus felix, Sponſa ſecunda tua.*
Chriſte; *novis thalamis nuptisq; recentibus adſis,*
*Adſit Eros, abſit pernicialis Eris!*
*Vivant & videant ſeros ex prole nepotes,*
*Claudant ſalvifica fata ſuprema fide.*

Corditer fuſum
à
M. Joachimo Frommio.

 *Clariſſ:*

*Clariſs: VIRO DN:*

## M. ADAMO SPENGLERO;

Rectori; SPONSO.

REctor Gymnaſij colende, SPENGLER!
Præclariſsime VIR! ſcientiarum
Muſarumq; decus benigniorum,
Idem Philoſophæ medulla Svadæ.
Spem præter gravium moleſtiarum
Indulget facilem DEUS qvietem,
Mercedemq; TIBI refert laborum,
ANNAM MAURITII; gravem puellam,
HOFFMANNO potiore proxenetâ;
SPANDOÆ celebras marita ſacra.
Iviſſem; Sobolis meæ caterva
Iviſſetq; ſimul calore multo;
Nî me ſontica cauſa permanere
Meo ex officio domi juberet.
Præſens adſto vicariis PHALEUCIS
Et mei meliore parte, voto:
O vobis benè ſit, boni Mariti,
Bonis auſpiciis, bonis & annis,
Et bonâ qvoq; ſoſpitate juncti:
Vobis eveniant tot auſpicata,
Conferente DEO, qvot unda piſces,

Aves

Aves ſilva gerit, ferasq; tellus:
Cumprimis capias tot: & qvot anni
Tulerunt mihi, filios amantes,
Qui Scholæ pariter forent alumni:
Rector Gymnaſij colende, SPENGLER!

συγχάρματος ϗ φιλοφιλίας ἕνεκεν
accinebat.
M. Georg. Lilius, Dreſd:
Eccleſiaſt. Berlin.
in æde S. prim:

ECHO NUPTIALIS.

*DIc mibi qvid cauſa, qvod ſim ſic ECHO E. Ego mœſtus?*
*E. Æſtus: namq; Animum poſſidet ANNA tuum.*
*Qvem Vicit E. icit, telo penetrante puella.*
*E. Bella; genis lepidis, Ambroſiis E. Roſeis:*
*Exire & patriis è Sedibus E. ædibus optat,*
*Jnq; focum (ô tum*) nunc, prompta venire tuum.* *veni.
*Baptiſmus dedit huic ANNÆ per nobile Nomen,* † †ANNA à
*E: omen habens CLEMENS E. MENS quia (crede)* חָנַן gra-
Ezech: 22;30. *ſubeſt.* tioſus fuit
*Inſtar erit MURI E. DURI contra omne periclum* MAURITIA
*In thalamo crebrò qvod furit E. urit eheu!*
*Ergò gaude E. aude Caſti cape pectoris E. oris*
*SPONSAM, nam noxæ ſunt in amore E. moræ.*
*Vos gratis grato E. rato nunc pignore fautor*
*E. Autor Conjugÿ pace, ſalute beet.*
*Adſit ἔρως: E. ἔρις & diſcrimina E. crimina Vitæ*
*Sint procul à vobis, Vita E: ita dulcis erit.*

*Omniaq; in mundo E. immundo SIC proſpera E. ſpera-*
*-te, & tandem cœli dulce levamen E. Amen.*

Ex amore
& candore
pro more
corde & ore.

*Sic vovet & favet*
Johann Roſnerus, Templi Nicol:
apud Berlin: *Diacon.*

---

Conjugium mihi qvale precor, tibi comprecor æqvè
Subſcribat precibus, ſuavis Amice, Deus.

*Ita veteri ſuo Amico*
apprecatur
*M. Albertus Günzelius, Eccleſiæ*
*Lutheranæ apud Colonienſes*
*à Miniſterio.*

---

*Ad Dn: Sponſum, Amicum ſuum*
*Academicum.*

Mirifico planè ductu Connubia noſtra
Cernimus omnes
Et fieri atq; regi. Ratione potentius omni
Numen oportet
Eſſe, qvod has cauſas tantâ ratione gubernat
Semper in orbe.
Qvis mihi, qvisvè tibi potuiſſet dicere qvondam,
Cum Witeberga
(Quæ Schola cunctarum meritò DEA MAGNA vocatur)
Ambo teneret,

Has

Has Sponſas & non alias habiturus Amicas
Quod ſit uterqve.
Det tibi detq; mihi PACEM laudabile Numen,
Gratia cujus
Quicqvid in hâc cauſa ſuſcepimus, omne profectò eſt,
Gloria cuî ſit.

Francofordiâ
*M. Martinus Heinſius, Spandovienſis.*

---

Votum
Chronologicum
*Annum, Menſem atq; Diem Nuptiarum,*
*& Nomina Neonympharum*
*exhibens.*

En! ILLVCet ſeXta NoVeMbrIs ab æthere grato,
SPENGLER ConIVgII qVâ ſaCra IVra CoLIt,
A FaVtore torI IoVâ ANNVLA MAVRITIANA,
pVLChra pVeLLa ſaCrI ConſoCIatVr eI.
IoVA noVIs SPONSIS HIs, HIs faVeat DeVs! aDsIt
& FeſtIs EpVLIs FILIVs Ipſe DEI!
HæC ornetqVE sVIs ſaCrata IVgaLIa DonIs,
eX fonte & faCIat DVLCIa VIna, preCor!
HæC propIno tIbI, qVæ profero, Vota, MagIſter,
DIVa, torVs VIgeat SPONSE perIte, tVVs!
FeLIX sIs, tVa Coſta sIt & LeCtIſsIMa feLIX!
Vos beet Ipſe PATER paCe, saLVte, preCor!

Honoris & gratitudinis ergò
*f.*
*Joachimus Zietmannus, Spand:*
*Paſtor in Perwenitz.*

Sonnet

## Sonnet.

Wie ſo/Herr Spengler? hört! Was ſol denn das bedeuten/
Daß jhr Euch habt gewagt an vnſrer Feſten Stadt/
Daß doch bißher noch nie kein Feind verübet hat/
Vnd geht davon geſpickt mit gar zu ſchönen Beuten/
Die Euch kaum zugedacht ſeynd. Daß den Kriegesleuten/
Die keine Gegenwehr gethan/vnd doch ſehr matt
Seynd/alles guts beſteh'! Ihr gehet ewren Pfadt
Fort nach der Reſidentz. Die Frewden Euch begleiten/
Vns bleibet Trawrigkeit; Doch wenn wir anders wo
Thun werden/wie Ihr hie gethan/wird alles froh
Auch vnter vns hier ſeyn. Drumb möget Ihr wolleben
Mit dem/was Ihr erkriegt/vnd darauff ſeyn bedacht/
Daß/weñ der Sunen Lauff wird neunmahl ſein vollbracht/
Die Beut' Euch mög' gewiß' Spañewe Beute geben!

In aller Eil
Emanuel Vulpinus, Sch: Sp: Rect:

---

JAm mundo ſordent Muſarum caſtra ſeqventes,
æſtimat & tales indignos æris, honoris;
at magno, miſerè qvi depopulantur in orbe
omnia, quisq; putant pietatem nullius aſſis.
Qvid tum cultores Muſarum! ſufficit illi
complacuiſſe, poteſt qui compenſare labores
largiter, inſuaves, dignas perſolvere grates
non opus eſt mundi; qvare dat Rector Olympi
*Sponſo*, næ domum multò præſtantius auro;
*Gratâ ſume manu ſpondet ſe plura daturum.*

Vielholdreiche Braut! gleich wie jhr jtzt thut prangen Anna
Allhier mit ewrem Krantz vñ Purpurfarben Wangen/ gratioſa,

ſo wer-

ſo werdet Ihr bey vns ſeyn als ein Sternelein
der Frawen/ vñ im Hauß Herr Spenglers Frewdenſchein.
Derſelb iſt rühmens werth/ der zeucht in frembde Landen
mit vnverdroßnem fleiß/ zu ſuchen ob zu handen
ein Schatz jhm floſſen möcht/ damit Er ſich allzeit
vnd auch der Seinigen ergetz in Frewd vnd Leid.
Ein jeder heut auch rühmt das löbliche beginnen
des Herren Bräutigambs/ daß Er mit ſeinen Sinnen
nechſt Gott geſuchet hat ein ſolches Schätzelein/
das Ihm zu allerzeit wird hocherfrewlich ſeyn.

In honorem
Clariſſimi Dn: Sponſi Collegæ ſui
plurimùm honorandi adjecit
*Georgius* Wilde/ *Sub-Rector.*

### Hochzeit-Liedt.

Ich walle hin vnd wieder
Auff trüber Norden-See/
Du leſſeſt dich recht nieder/
Begibſt dich in die Eh'/
Mein Reiſen vnd mein Wachen
Hat mich gantz hingericht/
Ich weiß faſt nichts zu machen
Weil alle Luſt gebricht.

Dein Sinn der iſt bemühet/
Vnd ſich zum Winter ſchickt/
Den Hoff mit fleiß durchſiehet/
Wo jhn der mangel drückt/
Was hin vnd her zerrüttet/
Das wird zu recht gethan/
Die Speicher ſind beſchüttet
Mit Weitzen vmb vnd an.

Die Fäſſer ſind geleget
Zum lieben Trauben-blut/
Das geiſzig macht vnd reget/
Wenn es von nöthen thut/
Das Brennholtz iſt geſpalten/
Zur Küchen zubereit/
Der Peltz leſt nicht erkalten/
Wie ſehr es reifft vnd ſchneyt.

Vnd weil bey morgen zeiten
Sich Windt vnd Winter regt/
Haſtu dir an die Seiten
Ein Bräutlein zugelegt/
Bey der du kanſt erwarmen
Jn ſüſſer Venus-Ruh/
Wenn ſie dich wird ümbarmen/
Vnd du ſie decken zu.

Jch lobe deine Thaten/
Dein Klugſeyn bringts dahin/
Das ich faſt bin gerathen
Auff einen ſolchen Sinn/
Wenn mich nur Gott ergetzte
Nach ſeinem heilgen Rath/
Vnd an den Ort verſetzte
Den Er vorſehen hat.

Nun liebet Euch von Hertzen/
Jhr vielgeliebtes Paar/
Verſchlieſt die Zeit im ſchertzen
Gebt doppelt alle Jahr/

Wenn

Wenn das/ was ich muſz lachen/
Vnd doch nicht ſagen kan/
Euch Bräutlein wird im wachen
Vom Bräutigam gethan.

Alſo kurtzweilete an der Elbe

*M. Andreas* Jahn/ *Miſn:*

---

*Sponſa duodenis ex Millibus una Puellis,*
*Quæ formâ facieq́ venuſta,*
*Aſſocianda tibi, pueros, cultisſime Spengler,*
*Informas qvi voce per artes.*
*Nonne igitur felix? qvin terq́ quaterq́ beatus*
*Præreliqvis; cur gaudia differs?*
*Triſte ſupercilium tollas, dulcisſime Sponſe:*
*Nam tua res agitur, Tibi Sponſa*
*ANNA tuum blandis Animum terebrabit ocellis,*
*Cujus* GRATIA *in ore tenetur:*
*Hæc Tibi diſcutiet, quos confert Muſa labores,*
*Atq́ ſuam partem oneris eſſe*
*Rebitur. Jſte Deus, ſine qvo nil Juno & Erinnys*
*Poſſunt, faxit ut ANNA perennis*
*Hæc tibi ſit, veſtra & poſt funera fama perennet,*
*Dum fias Pater, ANNULA Mater.*

Ut vetori, ita vero & verè candido amico
ſuo Neonympho

Johannes Lange/ Scholæ patriæ
Con R. ex animo gratulab.

NÆ veſtigia providæ parentis
Naturæ ſeqveris, diebus hiſce
Tædas inſtituens. Vides, November
Ut triſtis glaciem & gelu minetur
Obtectus niveo caput vapore:
Adſpicis volucres amare nidum,
Nec non omne genus ferarum ubiq;
Qværitare ſibi cubile tutum.
Nec tibi, Sophiæ Magiſter, ulla
Mora jam ſupereſt: acerba Fati
Tempeſtas properat, tibi hinc & ipſe
Nidum exædificas: tibi ſüavem
Adjungis ſociam mali & bonorum:
Dulcis nidus erit torus jugalis.
Jova det! miſeræ procella ſortis
Nidum hunc ne dirimat: diu ſuperſtes
Turtur cum ſociâ ſiet fideli.

Ita ex animo apprecabatur
*Joachimus Francus, Gymn:*
*Berl: Sub ConR.*

---

*Carne duos unà qvi fecit vivere veſtrum,*
*Fortunet gratâ proſperitate thorum,*
*Sit felix, faxit, concors, fœcundus, amicus,*
*Melle madens roſeo, felle carens tumido.*
Chriſtophorus Hübnerus.

---

INjecêre Tibi tandem, Clariſſime Sponſe;
Durus cum durâ Matre Cupido jugum?
Et tandem durus durâ cum Matre Cupido
Injecêre Tibi Sponſa novella jugum?

O fe-

O felix factum! Factum laudemus Amoris,
Cujus junguntur ANNULA ADAMq; jugo,
Svave jugum Sponſo, Sponſæ non ſit niſi ſvave;
Mente pia Nuptis dicito qviſq; novis;
Hic Cajus ſiet æqvus ei, ſiet hæc & ei æqva
Caja; jugi partem fortiter ambo ferant.
Neſtoris ambo Deo vivant feliciter annos,
Prole ſolum repleant, prole polum repleant!

*Ita*
*Clariſs: Dn: Rectoris Sponſi tadis*
*ex animo congratulatur.*
Burchardus Wieſenmeyer/ Helmſt: S.
p. t. Gymnaſ. Berlin. Collega.

AUgeat hos Dominus, *nec non fortunet honores,*
*Dans ſine labe domum, non ſine prole thorum!*
*Perſice Conjugium felici ſidere cœptum,*
*Duret in innumeros, Chriſte benigne, dies!*

Sic gratulab:
Ex intimis cordis viſceribus precabatur
Johannes Pfeffer/ S.S. Th: St:

*MAGISTER ADAMUS SPENGLERUS*
*RECTOR DUCIT SPONSAM*
PROBAM IO!
ἀναγραμματισθείς.
NE SPES CONCIDAT, PERGIS: REMORA
MIGRAT: DATUM SOLUS: PROBAMUS.

Cunctando Magnos videas amittere magn A.
H oc noſti: qvare, *ne ſpes* data *concidat*, ac aD
R em finem cœptam perducas, ducere *pergi* S:
I t *remora* & *migrat* procul abs te. Gratia dic I

S umma poteſt Christi, qvæ fœdere pectora junxi T:
T uq; *datum ſolus* capias ut qviſq; probabi- T.
U tere dum licet hôc ſummo cum fœnore: juſſ U
Summi Regnantis: cuncti hocce *probamus* in alt O
CONATUI.
*Ita precatur*
Burchardus Jockert, Cantor.

*Votum Nuptiale.*

JAm, SPENGLERE, tibi mittunt ſua munera amici,
Et tædas ornant, Sponſe pudice, tuas.
Propterea ad tædas mittam tibi, clare Magiſter,
Munera grata tibi, munera grata Tuæ.
Munera nunc mea ſunt, fundam ut tibi pectore vota,
Vota tibi fundam, concipe mente bona.
Chriſte fave votis, & vos pia fata favete;
SPENGLERO docto bella puella venit.
Hem venit ANNA Tibi, fatis adducta virago,
Doteq; multiplici ſat decorata venit.
Illa tibi perſæpè pijs tua pectora dictis
Mulceat, hæc qvando langvida cura premit.
Illa tibi curas indefeſſosq; labores
Leniet, illa tibi gaudia multa feret
Ergo tibi gaude, SPENGLERE, ANNAMq; Maritam
Ut propriam carnem dilige, Sponſe, tuam.
ANNAq; Sponſa, tuum ſemper venerare Maritum;
Hic amat, hunc redama, ſic benè creſcet amor.
Vivite concordes, cingat concordia corda
Veſtra, & captus amor, poſt benè duret amor.
Vivite concordes, certetis amore fideq;
Fertilis & ſuavis ſit ſine lite torus.

Vivite

Vivite concordes, felices vivite ſemper
Usq; dabit vobis cœlica Regna Deus.
Hæc ego vota fero: confirment numina votum;
Hoc fuſum Votum ſumite mente bona.

*Ex ſingulari affect:*
*fuſ: â*
T. S. Sommerfelden/ T. S.

*QVi, duros volvit Caſus, multosq; labores*
*Suſtinuit, meritò hunc præmia digna manent.*
*Non etenim fruſtra proſcindit vomere terram,*
*Nec fruſtra ſpargit grana colonus agro.*
*Tempore ſed juſto falcem ſupponit ariſtis,*
*Præmia ut accipiat digna labore gravi.*
*Te quoq; non fruſtra multos ſudaſſe per annos,*
*SPENGLERE, in ſtudiis, præmia magna probant.*
*Nam WITEBERGA tibi Muſarum nomine Clara*
*Jura MAGISTERII, PHILOSOPHIq; tulit.*
*Poſtea BERLINUM RECTOREM ritè vocavit*
*Gymnaſijq; ſui ſceptra gerenda dedit.*
*Sic eſt. Sic Muſæ juvenes ſua caſtra ſecutos.*
*Ritè juvare ſolent, ritè beare ſolent.*
*Nec ſatis eſt: Sed blanda Venus dum præmia cernit*
*Muſarum, hæc etiam munera ferre cupit.*
*Et te, SPONSE, novo cumulatim mactat honore,*
*Dum venit in thalamum SPONSA petita tuum.*
*Cui pudor ex oculis lucet, quam forma decorat,*
*Commendant mores, quæ pietatis amans.*
*Ergo, SPONSE, dato divino munere gaude*
*Atq; novo prudens utere ritê bono.*

*Hancq;*

*Hancq; tuam* SPONSAM *conſtanti dilige amore,*
*Quæ reſpondebit caſto in amore tibi.*
*Aurea pax adſit vobis, non jurgia turbent*
*Lectum, floreſcat prole repleta domus.*

Faciebat

Joachimus Erneſtus Mauritij,
SS. Th: Stud: Sponſæ Frater.

---

D*Um caſta caſto*, Spenglerus, *amore puella*
*Captus init lætus fœdera ſancta thori;*
*Fas eſt, incenſis nutu Regnantis olympum*
*Tædis ex animo proſpera vota dare;*
*Legitimi, Chriſtus, ſanxit qui fœdera lecti*
*Hiſce velit Nuptiis ſemper adeſſe, precor.*
*Exulet à thalamo multi diſcordia damni*
*Nutrix: pax cingat candida & alma domum.*
*Cornigeri vivant felices tempora cervi,*
*Atq; edant lecti pignora grata Deo.*

Johannes Piccardus, SS. Th: St:

---

ANnòn flagrabas ſolius amore Minervæ?
At cur Anna tuos ſubitò nunc jactat amores?
Scilicet haud fas eſt Muſarum ſceptra tenere
Ædibus in vacuis, nova jam placet addere ſceptra.
O factum pulchrè! Sceptro præclarus utroq;
Gaudes, nil curans Bellonam & Martia tela.
Faxit Jova tibi regimen bene cedat utrumq;
Conjugium veſtrum ſit ſemper ludus amœnus:
Amplificentur opes, det vobis pignora lecti,
Quæ ſint deliciæ vobis, & vera voluptas.

Hæc paucula
In honorem Excellentiſs: Dn: Sponſi,
Præceptoris colendiſs: gratulabatur
*Joh: Albert: Heidkampf: Hamb:*

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptistæ Gebelio Svidnic. Silesio Pastori Ecclæ in Racków, cum gradum Magisterij nanciscerets Decano M. Theodoro Eberto 17 Calend. Maij A. 1624. ætatis meæ 19.

Ito bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Quò te fata vocant, ito bonis avibus.
Magnum opus adgrederis, sed, quod tibicine fultus
Numinis ætherei, fortiter expedies.
Imbuet orantis linguam locuplete Suadâ,
SPIRITUS Orator cœlicus ille, tuam.
Seminium disperge DEI per cordium agellos:
Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.
Et vineta DEI assiduo accubuoq́ labore
Percole, quo fructûs mille, supraq́ ferant:
BAPTISTAM ex cathedrâ BAPTISTA imitare tonantem
GEBELI! verâ pro pietate puta:.
Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos
Erige, confuta dogmata vera minus.
Sic vivente volent tecum partirier annos
Prospera dicentes queis sacra dicta feres.
Sublatisq́ olim manibus, sine pondere terram
Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,
Cùm tuba te ruptâ tumbâ revocabit ab umbris,
JOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;
Ambrosiâ rursum te pascam & nectare; quare
Magna cape astrati præmia, carpe, poli.
Hoc penitis animi penetralibus opto, precorq́
JANE mihi multo n nomine chare! VALE.

No 827

TA-FL

ULB Halle 3
002 062 674

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574497-p0020-3

ORE & PRONUBO
MAXIMO:
A NUPTIALIS
MYRTEA

Quam
iro Clariſſimo
DN:

DAMO

ERO, GYMNA-
linenſ: Rectori,
SPONSO,
&
iſſimæ Lectiſſimeq́ʒ
Virgini
ANNÆ,
ndi & Clariſſimi Dn:
MAURITII, Eccleſ: Span-
oris, Vicinarumq; Inſpe-
antiſſimi Filiæ perdilectæ
SPONSÆ,
is Nuptiarum d. 6. Novemb:
imponunt
es, Collegæ & Amici.

I, Typis Rungianis, 1642.